Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

In illo tempore dixit ihs turbis similitudinem hanc. Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat. aliud cecidit secus uiam. et conculcatum est. et uolucres caeli comederunt illud. et reliqua.

OMELIA BEATI GREGORII PAPE DE EADEM LECTIONE

Lectio sancti euangelii quam modo fratres karissimi audistis. expositione non indiget. sed admonitione. quam enim per semetipsam ueritas exposuit. hanc discutere humana fragilitas non praesumit. sed est quod sollicite in hac ipsa expositione dominica pensare debeamus. quia si nos uobis semen uerbum. agrum mundum. uolucres demonia. spinas diuitias significare diceremus. ad credendum nobis mens forsitan uestra dubitaret. unde idem dominus per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat. ut sciatis rerum significationes quaerere in his etiam quae per semetipsum noluit explanare. exponendo ergo quod dixit. figurate se loqui innotuit. quatenus certos uos redderet. cum uobis nostra fragilitas uerborum illius figuras aperiret. quis enim mihi umquam crederet. si spinas diuitias interpretari uoluissem. maxime cum illae pungant. istae delectent. et tamen spinae sunt quae cogitationum suarum punctione mentem lacerant. et cum usque ad peccatum pertrahunt. quasi inflicto uulnere cruentant. quas bene hoc in loco alio euangelista testante. nequaquam dominus diuitias sed fallaces diuitias appellat. fallaces enim sunt. quae nobiscum diu permanere non possunt. fallaces sunt. quae mentis nostrae inopiam non expellunt. solae autem diuitiae uerae sunt. quae nos diuites uirtutibus faciunt. si ergo fratres karissimi esse diuites cupitis. ueras diuitias amate. si culmen ueri honoris quaeritis. ad caeleste regnum tendite. si gloriam dignitatum diligitis. in illa superna angelorum curia adscribi festinate. uerba dei quae aure percipitis mente retinete. cibus enim mentis est sermo dei. et quasi acceptus cibus stomacho languente [reicitur] quando auditus sermo in uentre memoriae non tenetur. sed quisquis alimenta non retinet. huius profecto uita desperatur. extremae ergo mortis periculum formidate. si cibum quidem sanctae exortationis accipitis. sed uerba uitae id est alimenta iustitiae in memoria non tenetis. ecce transit omne quod agitis. et ad extremum iudicium sine ulla momenti interpositione. cotidie uolentes nolentesque properamus. cur ergo amatur quod relinquitur. cur illud neglegitur quo peruenitur. mementote quod dicitur. si quis habet aures audiendi audiat. omnes enim qui illic aderant aures corporis habebant. sed qui cunctis aures habentibus. si quis habet aures audiendi

audiat dicit. aures procul dubio cordis requirit.
curate ergo ut acceptus sermo in cor
dis aure remaneat. curate ne semen iux
ta uiã cadat ne malignus spiritus ueni
at. & a memoria uerbũ tollat; curate
ne petrosa terra semẽ excipiat. & fruc
tum boni operis sine perseuerantię radi
cibus mittat; multis enim lib&
quod audiunt. boni operis initia pro
ponunt. sed mox ut fatigari aduersi
tatibus coeperint. inchoata dereliq;
quunt; petrosa ergo terra humorem
non habuit. quia hoc quod germinaue
rat. ad fructum perseuerantię non pduxit;
Multi namque cum uerbum con
tra auaritiam audiunt. eandem
auaritiam detestantur. rerũ omnium
contemptũ laudant. sed mox ut uide
rit animus quod concupiscat. obli
uiscitur quod laudabat; multi cum
uerbum contra luxoriã audiunt.
pollutiones carnis non solum pp&rare
non app&unt. sed &iã perp&ratas
erubescunt; sed mox ut carnis speci
es eorum oculis appar&. sic mens
ad desiderium rapitur. ac si adhuc
ab ea nihil sit contra hęc eadem desi
deria deliberatum. & dãnanda agit.
quę m… quicquid egisse se meminit.
iam & ipsa dãnauit; sepe &iã con
tra culpas conpungimur. & tamen
post fletum ad culpas redimus; Sic ba
laam. israhelitici populi tabernacula
contemplatus fleuit. & sese simi
lem fieri in morte deposcit dicens;
moriatur anima mea morte iustorum.
& fiant nouissima mea horum similia.
sed mox ut hora conpunctionis transiit.
in auaritiae nequitiã exarsit; nam
ppt promissa munera. in eiusdem popu
li mortem consiliũ dedit. cuius morti
se fieri similem optauit. & oblitus est
quod planxerat. cum ex tin
guere noluit quod p auaritiã ardebat.
notandum uero est quod expo
nens dns dicit. quia sollicitudines &
uoluptates. & diuitiae suffocant uerbum.
Suffocant enim. quia inportunis cogi
tationibus suis. guttur mentis stran
gulant. & dũ bonum desiderium in
trare ad cor non sinunt. quasi aditũ
flatus uitalis necant; notandum
&iam quod duo sunt quę diuitiis iungit.
sollicitudines uidelic& & uoluptates.
quia pfecto & p curã mentem opprimunt.
& p affluentiam resoluunt.
ſſmīb Res enim contrarię. possessores suos.
& afflictos & lubricos faciunt;
sed quia uoluptas conuenire non potest
cũ afflictione. alio quidem tempore.
p custodiae suę sollicitudinem affli
gunt. atq; alio p abundantiã ad

uoluptates emolliunt; terra autem bona
fructum per patientiam reddit. quia
scilicet nulla sunt bona quae agimus si non
aequanimiter etiam proximorum mala
toleramus; quanto enim quisque altius
profecerit. tanto in hoc mundo inuenit
quod durius portet; quia cum a praesenti se
culo mentis nostrae delectatio deficit.
eiusdem seculi aduersitas crescit; hinc
est enim quod plerosque cernimus et
bona agere. et tamen sub graui tribula
tionum fasce desudare; terrena namque deside
ria fugiunt. et tamen flagellis durioribus
fatigantur; sed iuxta uocem domini fructum
per patientiam reddunt. quia cum humiliter
flagella suscipiunt. post flagella ad re
quiem sublimiter suscipiuntur; sic uua
calcibus tunditur. et in uini saporem
liquatur; sic oliua contusionibus expres
sa amurcam suam deserit. et in olei liquo
rem pinguescit; sic per trituram areae a pa
leis grana separantur. et ad horreum
purgata perueniunt; quisquis ergo
appetit plene uitia uincere. studeat
humiliter purgationis suae flagella tole
rare. ut tanto post ad iudicem mundior
ueniat. quanto nunc eius rubiginem
ignis tribulationis purgat; In ea porti
cu quae euntibus ad aecclesiam beati clementis
est peruia. fuit quidam seruulus nomine.
quem multi uestrum mecum nouerunt.
rebus pauper. meritis diues. quem longa
aegritudo dissoluerat; Nam a prima aeta
aetate usque ad finem uitae paraliticus
iacebat. quid dicam. quia stare non pote
rat. qui numquam in lecto suo surgere
uel ad sedendum ualebat. numquam ma
num suam ad os ducere. numquam se potuit
in latus aliud declinare; huic ad seru
iendum mater cum fratre aderat.
et quicquid ex elymosyna potuisset
accipere. hoc eorum manibus paupe
ribus erogabat; Nequaquam litteras noue
rat. sed scripturae sacrae sibimet codices
emerat. et religiosos quosque in hos
pitalitate suscipiens. hos coram se le
gere sine intermissione faciebat; factum
que est ut quantum ad mensuram propriam
plene sacram scripturam disceret.
cum sicut dixi litteras funditus igno
raret; studebat in dolore semper gratias
agere. hymnis deo et laudibus diebus ac
noctibus uacare; sed cum iam tempus esset.
ut tanta eius patientia remunerari
debuisset. membrorum dolor ad uitalia
rediit; cumque se iam morti proximum
agnouit. peregrinos uiros atque
in hospitalitate susceptos ammonuit.
ut surgerent. et cum eo psalmos pro
expectatione sui exitus decantarent;
cumque cum eis et ipse moriens psal
leret. uoces psallentium repente

conpescuit cum terrore magni clamoris
dicens: Tacete. numquid non auditis
quanta resonant laudes in celo.
cumque ad easdem laudes quas in
tus audierat. aurem cordis intende
ret. scā illa anima carne soluta ē;
sed exeunte illa tanta illic fragran
tia miri odoris aspersa est. ut omnes
qui illic aderant. inaestimabili sua
uitate replerentur. ita ut ꝑ hoc
patent̄ agnoscerent. quod eā laudes
in celo suscepissent; cui rei mona
chus nr̄ interfuit. qui nunc usque
uiuit & cū magno fletu testari so
let. quia quousq; corpus eius se
pulture traderent. ab eorum nari
bus odoris illius fragrantia non
recessit; Ecce quo fine ex
hac uita exiit. qui in hac uita
flagella aequanimiter tolerauit;
Iuxta uocem ergo dominicam bo
na terra fructum ꝑ patientiam red
didit. que exarata disciplinę uome
re. ad remunerationis segetem ꝑ
uenit; Sed uos rogo fr̄s attendite
quod excusationis argumentum.
in illo districto iudicio habituri
sumus nos qui a bono opere torpentes
& res & manus accepimus. si p̄cepta do
minica egenus & sine manib; impleuit.
non contra nos dn̄s tunc aplos ostendat.
qui ad regnū secū turbas fidelium pre
dicando traxerunt; n̄ contra nos marty
res exibeat. qui ad celestem patriam san
guinem fundendo ꝑuenerunt; quid tunc
dicturi sumus cum hunc de quo locuti
sumus seruulum uiderimus. cui lon
gus languor brachia tenuit. sed
tamen hunc a bono opere non ligauit.
Hec uob̄ cū fr̄s agite. sic uos ad studium
boni operis instigate. ut cū bonos uobis
modo ad imitandum ꝓponitis. eorū tunc
consortes ee ualeatis;

IN QUINQUAGESIMA SERMO BEATI IOHANNIS EPI DE FIDE ABRAHAM ET DE IMMOLATIONE ISAAC.

Fides est religionis sanctissime fundam̄
tum. caritatis uinculum. amoris
subsidium. hec sanctitatem firmat.
castitatem roborat. dignitates
exornat. in pueris splendet. in iuue
nibus floret. in prouectis apparet;
gubernat sexus. gradus prouehit.
officia cuncta custodit; in paupere
grata est. in mediocre leta. in locuple
te honesta; fides amicitias seruat.
collegia copulat. artes commendat;
nullū despicit nullū contēpnit. nulli dee
nisi quia forte defuerit; fides mandata
tenet. p̄cepta seruat. promissa
consumat; fides familiares efficit dō.
amicos constituit xp̄o; Neque enim